

De infelici vita tyranni

Dionysius, Syracusarum tyrannus, longam vitam verum etiam infelicem dominationem peregit. Nam vir fuit magnis virtutibus praeditus¹, sed naturā suā in omnes maleficus² et iniustus. Cum multos familiares amicosque haberet, nemini eorum credebat et in perpetuo metu mortis vivebat. Ita, submotis³ amicis, in eorum locum homines ferocissimarum gentium et praevalidos⁴ servos substituit et tali servili turmae⁵ custodiam suam commisit. Tonsorum⁶ quoque metu, filias suas tondere⁷ docuit. Cum autem filiae adultae aetati appropinquabant, manibus earum ferrum tonsoris committere dubitavit et instituit ut candentibus⁸ nucum putaminibus⁹ barbam et capillum sibi urerent. At nusquam se tutum esse putabat et infinitis curis adeo axagitabatur, ut requiesceret in lecto latā fossā cincto; itaque ligneo ponte ad eum servi familiaresque pervenire poterant.

da Cicerone, mod.

(Anna Bongiorno)

¹ Praeditus, a, um = fornito, dotato

² Maleficus, a, um = qui male facit in alios

³ Submoveo, es, movi, motum, ere = remove, amovere

⁴ Praevalidus, a, um = validissimus, a, um

⁵ Turma, ae = magnus numerus armatorum

⁶ Tonsor, oris = barbiere

⁷ Tondeo, es, totondi, tonsum, ēre = opera tonsorum, id est barbam et capillum caedere

⁸ Candens, entis = incandescente (< candesco, escis, candui, escere = divenire incandescente, infiammarsi)

⁹ Putamen, inis = guscio